Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

Tractatvs De Sacramento Extremæ vnctionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

De SACRAMENTO Extremę vnctionis.

TRACTATUS.

De Materia, & Forma Extremæ vnctionis. Cap. I.

Materia Extremæ vnctionis eſt duplex, propinqua & remota: Remota eſt oleũ ex oliuarũ baccis expreſsũ ab Epiſcopo in ãniuerſario Cœnæ Do

mini ſolemniter conſecratum Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 1. Propinqua materia eſt vnctio, qua Spiritus Sancti gratia probe demonſtratur. Forma deprecatiua eſt hęc. Per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid oculorum, auditus, olfactus &c. vitio deliquiſti : Amen. Poſſet tamen (ſenſu non mutato) aliquod verbum variari, vt ex Cōcil. Flor. colligere licet.

De Miniſtro huius Sacramenti, Cap. 2.

MIniſter eſt Sacerdos curatus cū intentione faciendi, quod facit vel intendit facere Eccleſia:& alii, non curati, ſine curati licentia hoc ſacramētum miniſtrantes, peccant mortaliter: & ſunt excōmunicati, ut ſupra lib. 1. cap.36. niſi probabilis ignorātia

ipſius parochi ratihabitio excuſet: et ſi in ipſa adminiſtratione contingat curatum infirmari, aut mori alter poterit ſupplere. Sufficit etiã in neceſſitate vnus ſacerdos, ſine Miniſtro, in qua poſſet etiã vnus, vnam partẽ intingere, & alius aliã.

Cui miniſtrandum, & quando
Cap 3

MIniſtratur homini peccatori non infantibus ante ſeptẽnium, neque amẽtibus, neque furioſis lucidis interuallis carẽtibus, non ſuſpẽdendis, aut decapitãdis vel bellum intrantibus, aut mortali peccato notorio irretitis, qui poſtea in phrænesim incidunt, niſi ſigna contritionis oſtenderint. Cæteris verò infirmis, etiam vulnere vel partu, aut ſenectute confectis, miniſtranda eſt. Mortuis non datur: & ſi du-

biretur, non debet dari niſi ſub
conditione, nec eſt mortale ex ne-
gligentia illam omittere, ſi ſcan-
dalum & contemptus abſit, qui
adeſſet ſi oblata occaſione & tem-
pore eam ſuſcipiendi, non ſuſci-
peretur. Vnctio facienda eſt i
quinque corporis partibus, ocu
videlicet, auribus, naribus, ore,
ac manibus. Et ſi vna pars rel
quatur, irritum & iterandum e
ſacramentum. Pedes, & Ren
etiam in hominibus ommitu
ſunt ſine vnctione, honeſtatis gr
tia. Cum vnctione ſunt pron
tianda verba: ſed non eſt nece
ria mathematica ſimultas, ſ
nec in baptiſmo, & cofirmatio

De effectu Extremæ vnctio

Cap. 4.

EXtremæ vnctionis effect
ſũt quatuor. Expulſio reli
arũ ex peccatis remanẽti

ctitas animæ, Spiritualiſque recreatio, Sanitas corporis, cum expediens fuerit, vel certe robur ad facilius mortis incommoda ſufferenda. Gratia gratum faciens, & ſubſidium contra dirasq́ hoſtis aggreſſiones. Concil. Trident. ſeſſ. 14. c. 2.

TRACTATVS De Septem Peccatis mortalibus.

Quid ſit peccatum mortale, & quotuplex. Cap. 1. & 2.

PEccati diffinitioni ſupra lib. 3. cap. 2. & 3. expoſitę, hic duę addũtur particulę ſcilicet, De